

3. Præterea. I. ad Corinth. xv. 28. dicitur: Cum autem subiecti illi fuerint omnia, tunc ipse Filius subiectus erit illi qui sibi subiecit omnia. Sed, sicut dicitur Hebr. 11. 8. nunc necdum videmus omnia subiecta ei. Ergo nondum ipse est Dominus Patri qui ei subiecit omnia.

est subiectus Patri qui et subiectus **Mat**  
 Sed contra est quod Dominus dicit Joa.  
 xiv. 28. **Pater** maior me est: & Augustinus  
 dicit in l. de Trinit. (cap. vii. ante med.)  
 Non immerito Scriptura utrumque dicit, & equa-  
 lem Patri Filium, & Patrem Filio majorem: illud  
 enim propter formam Dei & hoc autem propter  
 formam servi finis: ulla confusione intelligitur. Sed mi-  
 nor est subiectus majori. Ergo Christus secun-  
 dum formam servi est Patri subiectus.

dum formam servi et carnem habuit. Respondere dicendum, quod qualibet habenti aliquam naturam conveniunt ea quae sunt propria illi naturae. Natura autem humana ex sui conditione habet triplicem subjectionem ad Deum. Unam quidem secundum gradum bonitatis, prout scilicet divina natura et ipsa essentia bonitatis, ut patet per Dionysium 1. cap. de div. Nom. (2. medi. lect. 3.) natura autem creata habet quendam participationem divinæ bonitatis, quasi radiis illius bonitatis subiecta. Secundo humana natura subijcitur Deo quantum ad Dei potentiam, prout scilicet natura humana sicut et qualibet creatura, subijcitur operationi divinæ dispositionis. Tertio modo specialiter humana natura Deo subijcitur quantum ad proprium suum adum, in quantum scilicet propria voluntate obedit mandatis ejus. Et hanc triplicem subjectionem ad Patrem Christus de seipso confitetur. Primam quidem Matth. XIX. 17. *Quid me interrogas de bono? Unus est bonus Deus: ubi Hieronymus dicit*, quod, qui magistrum vocabatur bonum, et non Deum, vel Dei Filium bonum, scilicet erat, dicit, hominem, quamvis sanctum, in comparatione Dei non esse bonum: *per quod dedit intelligere, quod ipse secundum humanam naturam non pertinebat ad gradum bonitatis divinæ. Et quia in his quae non male magna sunt, idem est esse majus quod melius, ut Augustinus dicit in VI. de Trinit. (cap. VIII. et seq. medi) ex hac ratione Pater dicitur major Christo secundum humanam naturam. Secunda etiam subiectio Christo attribuitur, in quantum omnia quae circa humanitatem Christi acta sunt, divina dispositione gesta creduntur: unde Dionysius dicit 1. cap. ead. Hier. (prop. fin.) quod Christus subijcitur Dei Patri ordinationibus. Et hae est subiectio servitutis, secundum quod omnis creatura Deo fertur, ejus ordinationi subiecta; secundum illud Sap. XVII 24. *Creatura tibi favore disposita* Et hanc quoque etiam Filius Dei Philipp. 11. dicitur formam servi accepisse. Tertiam etiam subjectionem attribuit sibi Ipsi Joan. VIII. 29. dicens: *Quae placita sunt ei, facio**

*semper. Et hæc est subiectio obedientie Patris usque ad mortem: unde dicitur Philipp. 1. 8. quod factus est obediens Patri usque ad mortem.*

Ad primum ergo dicendum, quod Christus non est simpliciter intelligendum, quod Christus sit creatura, sed solum secundum humanam naturam, sive apponatur ei determinatio, sive non, ut supra dictum est (quæst. xvi. art. 8.) etiam non est simpliciter intelligendum, quod Christus sit subiectus Patri, sed solum secundum humanam naturam, etiam si hæc determinatio non apponatur: quam tamen convenientius est apponere, ad evitandum errorem Ariti, qui posuit Filium minorem Patre.

Ad secundum dicendum, quod ratio ser-  
uitutis, & domini fundatur super actione, &  
passione, in quantum scilicet servus est movetur  
a domino secundum imperium. Agere autem  
non attribuitur nature, quod agenti, sed per-  
sonæ: actus enim suppositorum sunt, & singu-  
larium, secundum Philosophum (Lib. I.  
Metaphys. cap. 1. ante med.). Attribuitur ta-  
men actio nature sicut ei secundum quam per-  
sona, vel hypostasis agit. Et ideo quamvis non  
proprie dicatur, quod natura sit domina, vel  
serva; potest tamen proprie dici, quod qua-  
libet hypostasis, vel persona sit domina, vel  
serva secundum hanc vel illam naturam. Et  
secundum hoc nihil prohibet Christum dicere  
Patris subiectum, vel servum secundum huma-  
nam naturam.

## ARTICULUS II.

*Utrum Christus sit subiectus sibi ipse.*

**A**D secundum sic proceditur. Videtur quod Christus non sit subiectus filio. Dicit enim Cyrillus in epistola synodica, quam scilicet Synodus Ephesina ( gener. III. par. 1. cap. xxvi. ) recepit : *Neque ipse Christus filius servus est, neque dominus : scilicet fatuum enim est magis autem & impium ita dicere, & sapere, Et hoc etiam asserit Damascenus in IV. Libro ( orationis. )* Fid.

Fid. cap. xxi. à med.) dicens: Unum enim ens  
Christus non potest servus esse suis ipsius, & domi-  
nus. Sed intantum Christus dicitur servus Pa-  
tris, inquantum est ei subiectus. Ergo Chris-  
tus non est subiectus.

2. Præterea, Servus refertur ad Dominum. Sed relatio non est alicujus ad seipsum: unde & Hilarius dicit in Lib. III. de Trinit. (parum ante fin.) quod nihil est sibi simile, aut æquale. Ergo Christus non potest dici servus suipsius, & per consequens nec sibi esse subjectus sibiipsi.

§3. Preterea. Sicut anima rationalis, & caro unus est homo; ita Deus, & homo unus est Christus, ut Achanasius dicit ( in Symbol. fid. ) Sed homo non dicitur subjectus sibiip- si, vel servus suiipsum, aut major seipso, propter hoc quod corpus ejus subjectum est animæ. Ergo neque Christus dicitur subjectus sibiip- si propter hoc quod ejus humanitas subjecta est divinitati ipsius.

in I. de Trinit. (cap. viii. ante med.) *Veritas ostendit secundum istum modum, quo scilicet Pater major est Christo secundum humanam naturam, etiam seipso minorem filium.*

2. Præterea. Sicut ipse argumentatur ibidem, sic accepta est à Filio Dei forma servi, ut non amitteretur forma Dei. Sed secundum formam Dei, quæ est communis Patri, & Filio, Pater est Filio major secundum humanam naturam. Ergo etiam Filius est major seipso secundum humanam naturam.

3. Præterea. Christus secundum humanam naturam est servus Dei Patris, secundum illud Joan. xx. 17. *ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum*. Sed quicumque est servus Patris, est servus Filii: alioquin non omnia quæ sunt Patris, essent Filii. Ergo Christus est servus suusipsum, & sibi subditus.

¶ Respondendo dicendum, quod, sicut dictum est (art. præ ad 2.<sup>am</sup>) esse dominum, & servum attribuitur personæ, vel hypostasi secundum aliquam naturam. Cum ergo dicitur Christus esse dominus, vel servus suspicatur, vel quod Verbum Dei est dominus hominis Christi; hoc potest intelligi dupliciter. Uno modo ut intelligatur hoc esse dictum ratione alterius hypostasis, vel personæ; quasi alia sit persona Verbi Dei dominantis, & alia hominis servientis; quod pertinet ad hæresim Nestoriorum in condemnatione Nestorii dicitur in Synodo Ephesina (part. 1. c. 1. anathematiz. 6.) Si quis dicat, Deum, vel Dominum esse Christum ec. Deo Præverbum, & non magis eundem ipsam confecturum simul Deum, & hominem, utpote Verbum factum carnem, secundum Scripturam; anathema sit. Et hoc modo negatur à Cyrillo, & Damasceno.

ceno (loci inarg. 1. citat.) & sub eodem sensu negandum est, Christum esse minorem seipso, vel esse sibi subiectum. Alio modo potest intelligi secundum diversitatem naturarum in una persona, vel hypostasi. Et sic dicere possumus secundum unam earum, in qua cum Patre convenit, simul esse cum Patre pæssè, & dominari; secundum vero alteram naturam, in qua nobiscum convenit, ipsum subesse, & servire: & per hunc modum dicit Augustinus (loc. sup. cit.) *Fr-  
lium esse seipso minorem.*

Sciendum tamen, quod cum hoc nomen *Christus* sit nomen personæ, sicut & hoc nomen *Filius*, illa per se, & absolute ponunt dici de Christo quæ conveniunt ei ratione suæ personæ, quæ est æterna; & maxime huiusmodi relationes, quæ magis propriæ videntur ad personam, vel hypostasis pertinere. Sed ea quæ conveniunt sibi secundum humanam naturam, sunt ei potius attributenda cum determinatione, ut videlicet dicamus, Christum esse simpliciter maximum, & dominum; & prædentem; quod autem sit subiectus, vel servus, vel minor, est ei attributendum cum determinatione, scilicet secundum humanam naturam.

Ad primum ergo dicendum, quod Cyrillus, & Damascenus negant Christum esse Dominum sui ipsius, secundum quod per hoc importatur pluralitas suppositorum, quæ requiritur ad hoc quod aliquis simpliciter sit dominus alicuius.

Ad secundum dicendum, quod simpliciter quidem oportet esse alium dominum, & alium servum; potest tamen aliqua ratio domini, & servitutis serviari, prout idem est dominus, & servus suiipsius secundum aliud, & aliud.

Ad tertium dicendum, quod propter diversas partes hominis, quarum una est superior, & alia inferior, dicit etiam Philosophus in V. Ethic. (cap. ult.) quod est hominis ad seipsum iustitia, inquantum irascibilis, & concupiscibilis obediunt rationi. Unde per hunc modum etiam unus homo potest dici sibi subiectus, & serviens secundum diversas sui partes.

[illegible]



dum illud Hierem. xxxi. 33. *Dabo legem meam (a) in cordibus eorum.* Ergo Christo non convenit esse sacerdotem.

Sed contra est quod dicitur Heb. iv. 14. (b) *Habemus Pontificem, qui penetravit celos, Jesum Filium Dei.*

Respondeo dicendum, quod proprie officium sacerdotis est esse mediatorem inter Deum & populum, in quantum scilicet divina populo tradit, unde dicitur sacerdos, quasi *sacra dans*, secundum illud Malach. ii. 7. *Legem requirunt ex ore ejus*, scilicet sacerdotis; & iterum in quantum preces populi Deo offert, & pro eorum peccatis Deo altius qualiter satisfacit: unde Apostolus dicit ad Heb. v. 1. *Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis.* Hoc autem maxime convenit Christo: nam per ipsum divina dona hominibus sunt collata, secundum illud II. Petr. i. 4. *Per quem, scilicet Christum, maxima, & pretiosa nobis promissa donavit, ut per hunc efficiamini divinae consortes naturæ.* Ipse etiam humanum genus Deo reconciliavit, secundum illud Coloss. i. 19. *In ipso, scilicet Christo, complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliare omnia.* Unde Christo maxime convenit esse sacerdotem.

A primum ergo dicendum, quod potestas hierarchica convenit quidem Angelis, in quantum & ipsi sunt medii inter Deum & hominem, ut patet per Dionysium in Lib. cel. Hierarch. (cap. ix. ad fin.) ita quod ipse sacerdos in quantum est medius inter Deum, & populum, Angeli nomen habet, secundum illud Malach. ii. 7. *Angeli Domini exercituum est.* Christus autem major Angelis fuit, non solum secundum Divinitatem, sed etiam secundum humanitatem, in quantum habuit plenitudinem gratiæ, & gloriæ. Unde etiam excellentiori modo hierarchiam, seu sacerdotalem potestatem præ Angelis habuit, ita etiam quod ipsi Angeli fuerunt ministri sacerdotii ejus, secundum illud Matth. xv. 11. *Accerserunt Angeli, & ministrabant ei.* Secundum tamen palisibilitatem carnis modico ab Angelis minoratur est, ut Apostolus dicit Heb. ii. 9. *Et secundum hoc conformis fuit hominibus viatoribus in sacerdotio constitutis.*

Ad secundum dicendum, quod sicut Damascenus dicit in III. Libro (orth. Fid. cap. xxvi. in fin.) *quod in omnibus est simile, idem utique erit, & non exemplum.* Quia igitur sacerdotium veteris legis erat figura sacerdotii Christi, noluit Christus nasci de stirpe figuralem sacerdotum, ut ostenderetur non esse

omnino idem sacerdotium, sed differre, sicut ut verum à figurali.

Ad tertium dicendum, quod, sicut supra dictum est (quæst. viii.), alii homines particulatim habent quidam gratias; sed Christus, tamquam omnium caput, habet perfectionem omnium gratiarum: & ideo quantum ad alios pertinet, alius est legislator, & alius sacerdos, & alius rex; sed hæc omnia concurrunt in Christo tamquam in fonte omnium gratiarum. Unde dicitur Isa. xxxiii. 22. *Dominus iudex noster, Dominus legislator noster, Dominus rex noster, ipse venit, & salvabit nos.*

## ARTICULUS II.

Utrum Christus simul fuerit sacerdos, & hostia.

Inf. quæst. lxxxiv. art. 7. ad 4. & opus lxxxix. cap. xviii.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod ipse Christus non fuerit simul sacerdos, & hostia. Sacerdotis enim est hostiam occidere. Sed Christus non seipsum occidit. Ergo ipse non fuit simul sacerdos, & hostia. 2. Præterea. Sacerdotium Christi magis est simile sacerdotio Iudeorum, quod erat à Deo institutum, quam Sacerdotio Gentilium, quod demones colebantur. In veteri autem lege nunquam homo in sacrificium offerebatur; quod maxime reprehenditur in sacrificiis Gentilium, secundum illud Psalm. cv. 38. *Effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarum, quas sacrificaverunt sculpilibus Chanaan.* Ergo in sacerdotio Christi non debuit esse ipse homo Christus hostia.

3. Præterea. Omnis hostia ex hoc quod Deo offertur, Deo sanctificatur. Sed ipsa Christi humanitas à principio fuit sanctificata, & Deo conjuncta. Ergo non convenienter potest dici, quod Christus, secundum quod homo, fuerit hostia.

Sed contra est quod Apostolus dicit ad Eph. v. 2. *Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suavitatis.*

Respondeo dicendum, quod, sicut Augustinus dicit in X. de civit. Dei (cap. v.) *omne sacrificium visibile invisibile sacrificii sacramentum, id est sacramentum signum est.* Invisibile autem sacrificium est quo homo Deo spiritum offert, secundum illud Psalm. l. 19. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus:* & ideo omne illud quod Deo exhibetur, ad hoc quod spiritus homi-

(a) *Vulgata* in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam. (b) *Vulgata*: Habentes ergo Pontificem magnum, qui, &c.

## ARTICULUS III.

Utrum effectus sacerdotii Christi sit expiatio peccatorum.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod effectus sacerdotii Christi non sit expiatio peccatorum. Solum enim Dei est peccata delere, secundum illud Isa. xlii. 23. *Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me.* Sed Christus non est sacerdos, secundum quod Deus, sed secundum quod homo. Ergo sacerdotium Christi non est expiatio peccatorum.

2. Præterea. Apostolus dicit Heb. x. 1. *quod hostia veteris testamenti non poterant perfectos facere; alioquin cessasset offerri: eo quod nullam haberent conscientiam peccati cultores sufficienter semel mundati; sed in ipsis commemoratio peccatorum per singulos annos fit.* Sed similiter sub sacerdotio Christi fit commemoratio peccatorum, cum dicitur: *Dimitte nobis debita nostra:* Matt. vi. 12. Offertur etiam continue sacrificium in Ecclesia: unde & ibidem dicitur: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Ergo per sacerdotium Christi non expiantur peccata.

3. Præterea. In veteri lege maxime immolabatur hircus pro peccato principis, vel capra pro peccato alicujus de populo, vel vitulus pro peccato sacerdotis, ut patet Levit. iv. Sed Christus nulli horum comparatur, sed agno, secundum illud Hierem. xi. 19. *Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam.* Ergo videtur quod eius sacerdotium non sit expiatio peccatorum.

Sed contra est quod Apostolus dicit Hebr. ix. 14. *Sanguis Christi, qui per Spiritum Sanctum obtulit immaculatum Deo emundavit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad servandum Deo viventi.* Opera autem mortua dicuntur peccata. Ergo sacerdotium Christi habet virtutem emundandi peccata.

Respondeo dicendum, quod ad peccatorum perfectam emundationem duo requiruntur, secundum quod duo sunt in peccato, scilicet macula culpæ, & reatus pænæ. Macula quidem culpæ deletur per gratiam, qua cor peccatoris convertitur in Deum; reatus autem pænæ totaliter tollitur per hoc quod homo Deo satisfacit. Utrumque autem horum efficit sacerdotium Christi. Nam virtute ipsius gratia nobis datur, qua corda nostra convertuntur ad Deum, secundum illud Rom. ii. 13. 24. *Iustificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem, qua est in Christo Jesu, quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius.* Ipse etiam pro nobis plenarie satisfecit in quantum ipse languores nostros tulit,

minis feratur in Deum, potest dici sacrificium. Indiget igitur homo sacrificio propter tria. Uno quidem modo ad remissionem peccati, per quod à Deo avertitur: & ideo Apostolus dicit ad Heb. v. 1. *quod ad sacerdotem pertinet ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis.* Secundo ut homo in statu gratiæ conservetur, semper Deo inherens; in quo ejus pax, & salus consistit. Unde & in veteri lege immolabatur hostia pacifica pro offerentium salute, ut habetur Levit. iii. Tercio ad hoc quod spiritus hominis perfecte Deo uniatur; quod maxime erit in gloria. Unde & in veteri lege offerebatur holocaustum, quasi totum incensum, ut dicitur Levit. i. Hæc autem per humanitatem Christi nobis proveniunt. Nam primo quidem nostra peccata deleta sunt, secundum illud Rom. iv. 25. *Traditus est propter delicta nostra.* Secundo gratiam nos salvantem per ipsum accepimus, secundum illud Heb. v. 9. *Factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ.* Tercio, per ipsum perfectionem gloriæ adepti sumus. Heb. x. 19. (a) *Habemus fiduciam per sanguinem ejus in introitum Sanctorum, scilicet in gloriam cælestem.* Et ideo ipse Christus, in quantum homo, non solum fuit sacerdos, sed etiam hostia perfecta, simul existens hostia pro peccato, & hostia pacifica, & holocaustum.

Ad primum ergo dicendum, quod Christus non se occidit, sed seipsum voluntarie morti exposuit, secundum illud Isa. liii. 7. *Oblatus est quia ipse voluit:* & ideo dicitur seipsum obtulisse.

Ad secundum dicendum, quod hominis Christi occisio potest ad duplicem voluntatem comparari. Uno modo ad voluntatem occidentium; & sic non habet rationem hostiæ: non enim dicuntur occisores Christi hostiam Deo obtulisse, sed graviter deliquisse. Et hujus peccati similitudinem gerebant impii Gentilium sacrificia, quibus homines idolis immolabant. Alio modo potest considerari occisio Christi per comparationem ad voluntatem patientis, qui voluntarie se obtulit passioni; & ex hac parte habet rationem hostiæ; in quo non convenit cum sacrificiis Gentilium.

Ad tertium dicendum, quod sanctitas humanitatis Christi à principio non impedit quin ipsamet humana natura, cum in passione oblata est Deo, sanctificata novo modo fuerit, scilicet ut hostia actualiter tunc exhibita: acquisivit enim actuale hostiæ sanctificationem tunc ex antiqua caritate, & gratia unionis sanctificante eandem absoluit.

(a) *Vulgata*: Habentes itaque, fratres, fiduciam in introitu Sanctorum in sanguine Christi.



et unitatis magister noluit scillatim, & privatum præces fieri, ut quis, cum precatur, pro se tantum precetur. Sed Christus illud implevit quod docuit, secundum illud Act. 1. 1. *Cepit Jesus facere, & docere.* Ergo Christus nunquam pro se solo oravit.

Sed contra est, quod ipse Dominus orando dicit Joan. xviii. 1. *Clarifica Filium tuum.*

Respondeo dicendum, quod Christus pro se oravit dupliciter: uno modo exprimendo affectum sensualitatis, ut supra dictum est (art. præc.) vel etiam voluntatis simplicis, quæ consideratur ut natura: sicut cum oravit, a se calicem passionis transferri: alio modo exprimendo affectum voluntatis deliberatæ, quæ consideratur ut ratio: sicut cum petit gloriam resurrectionis. Et hoc rationabiliter. Sicut enim dictum est (art. 1. huj. quæst. ad 1.). Christus ad hoc uti voluit oratione ad Patrem ut nobis daret exemplum orandi, & ut ostenderet Patrem suum esse auctorem à quo & æternaliter processit secundum divinam naturam, & secundum naturam humanam ab eo habet quicquid boni habet. Sicut autem in humana natura quædam bona habebat à Patre jam percepta, ita etiam expectabat ab eo quædam bona nondum habita, sed percipienda. Et ideo sicut pro bonis jam perceptis in humana natura gratias agebat Patri, recognoscendo eum auctorem, ut patet Matth. xxvi. & Joan. xi, ita etiam ut Patrem auctorem recognosceret, ab eo orando petebat ea quæ sibi deerant, secundum humanam naturam, puta gloriam corporis, & alia hujusmodi. Et in hoc etiam, nobis dedit exemplum, ut de perceptis à nobis muneribus gratias agamus, & etiam nondum habita orando postulemus.

Ad primum ergo dicendum, quod Hilarius loquitur quantum ad orationem vocalem, quæ non erat ei necessaria propter ipsum, sed solum propter nos: unde signanter dicit, quod sibi non proficiebat deprecationis sermo. Si enim desiderium pauperum exaudiat Dominus, ut in Psalm. ix. dicitur, multo magis sola voluntas Christi habet vim orationis apud Patrem: unde ipse dicebat Joan. xi. 42. *Ego sciam quantum semper me audis: sed propter populum qui circumstat, dixi, ut credant quia tu me misisti.*

Ad secundum dicendum, quod Christus volebat quidem pati illa quæ patiebatur pro tempore illo; sed nihilominus volebat ut post passionem gloriam corporis consequeretur, quam nondum habebat: quam quidem gloriam expectabat à Patre sicut ab auctore: & ideo convenienter ab ipso eam petebat.

Ad tertium dicendum, quod ipsa gloria quam Christus orando petebat, pertinebat ad salutem aliorum, secundum illud Rom.

ix. 25. *Resurrexit propter justificationem nostram:* & ideo illa etiam oratio quam pro se faciebat, erat quodammodo pro aliis: sicut, & quicumque homo aliquid bonum à Deo postulat, ut utatur illo ad utilitatem aliorum non sibi soli, sed etiam aliis orat.

## ARTICULUS IV. 129

Utrum oratio Christi semper fuerit exaudita.

III. dist. xviii. art. 3. quæst. 3. & 4. & opus. 11. cap. ccl. & opus. vii. & Ps. xxi. & Joan. xii. lect. 4. & Heb. v. lect. 2.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod oratio Christi non semper fuerit exaudita. Petit enim à se removeri calicem passionis, ut patet Matth. xxvi. qui tamen ab eo non fuit translatus. Ergo videtur quod non omnis oratio eius fuerit exaudita.

2. Præterea. Ipse oravit ut peccatum crucifixoribus suis ignosceretur, ut patet Luc. xxiii. Non tamen omnibus peccatum illud fuit dimissum, nam Judei fuerunt pro illo peccato puniti. Ergo videtur quod non omnis eius oratio sit exaudita.

3. Præterea. Dominus oravit pro his qui erant credituri per verbum Apostolorum in ipsum, ut omnes in eo unum essent, ut patet Matth. xxvi. & Joan. xi, ita etiam ut Patrem auctorem recognosceret, ab eo orando petebat ea quæ sibi deerant, secundum humanam naturam, puta gloriam corporis, & alia hujusmodi. Et in hoc etiam, nobis dedit exemplum, ut de perceptis à nobis muneribus gratias agamus, & etiam nondum habita orando postulemus.

4. Præterea. In Psalm. xxi. 3. dicitur in persona Christi: *Clamabo per diem & non exaudietis.* Ergo non omnis oratio Christi fuit exaudita.

Sed contra est quod Apostolus dicit ad Hebr. v. 7. *Cum clamore valido, & lacrymis offerens, exauditus est pro sua reverentia.*

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (art. præc. arg. 2.) oratio est quodammodo interpretativa voluntatis humanæ. Tunc ergo alicujus orantis exauditur oratio, quando ejus voluntas adimpletur. Voluntas autem simpliciter hominis est rationis voluntas: hoc enim absolute volumus quod secundum deliberatam rationem motum. Illud autem quod volumus secundum motum sensualitatis, vel etiam secundum motum voluntatis simplicis, quæ consideratur ut natura, non simpliciter volumus, sed secundum quid, scilicet si aliud non obstat, quod per deliberationem rationis invenitur. Unde talis voluntas magis est dicenda velletas quam absoluta voluntas, quia scilicet homo hoc vellet, si aliud non obsteret. Secundum autem voluntatem rationis Christus nihil aliud voluit nisi quod scivit Deum velle: & ideo omnis absoluta voluntas Christi, etiam humana, fuit im-

impleta, quia fuit Deo conformis: & per consequens omnis ejus oratio fuit exaudita. Nam & secundum hoc aliorum orationes implentur quod sunt eorum voluntates Deo conformes, secundum illud Rom. viii. 27. *Qui autem scrutatur corda, scit, id est approbat, quid desideret spiritus, id est quid faciat Sanctos desiderare: quantum secundum Deum, id est secundum conformitatem divinæ voluntatis, postulat pro Sanctis.*

Ad primum ergo dicendum, quod illa petitio de translatione calicis diversimode à Sanctis exponitur. Hilarius enim super Matth. (can. xxxi. à med.) dicit: *Quod autem ut à se transeat rogat, non ut ipse preteratur orat, sed ut in alterum id quod à se transit, accedat: atque ideo pro his orat qui passuri sunt se erant: ut sit sensus: Quomodo à me bibitur calix iste passionis, ita ab his bibatur sine spei differentia, sine sensu doloris, sine metu mortis.* Vel secundum Hieronymum (sup. hunc loc. Matth. xxv.) signanter Calix iste, hoc est populi Judæorum, qui excusationem ignorantie habere non possunt, si me occiderint, habentes leges, & Prophetas, qui me quotidie vitantur. Vel secundum Dionysium Alexandrinum (hab. in Cat. Græcor. PP.) quod dicit, *Transfer calicem istum à me, non hoc est, Non adveniat mihi nisi enim advenierit, transferri non poterit: sed sicut ut quod preterit, nec intratum est, nec permanent, sic Salvator leviter invadentem temptationem flagitasti pelli.* Ambrosius autem dicit (sup. illud Luc. xxiii. Pater, si vis, &c.) & Origenes (tract. xxxv. in Matth. inter princ. & med.) & Chrysostomus (hom. lxxxiv. in Mat. parum à princ.) quod hoc petit, quasi homo naturali voluntate mortem reculans. Sic ergo si intelligatur, quod petierit per hoc, alios Martyres suæ passionis imitatores fieri, secundum Hilarium (loc. sup. cit.) vel si petiit quod timor bibendi calicis eum non perturbaret, vel quod mors eum non detineret, omnino impletur est quod petivit. Si vero intelligitur petiisse quod non biberet calicem mortis, & passionis, vel quod non biberet ipsum à Judæis, non quidem est factum quod petit, quia ratio, quæ petitionem proposuit, nollet ut hoc impleteretur: sed ad instructionem nostram volebat demonstrare nobis suam voluntatem naturalem, & motum sensualitatis, quem sicut homo habebat.

Ad secundum dicendum, quod Dominus non oravit pro omnibus crucifixoribus, neque etiam pro omnibus qui erant credituri in eum, sed pro his solum qui erant prædestinati, ut per ipsum vitam consequerentur æternam.

Unde patet etiam responsio ad tertium.

Ad quartum dicendum, quod cum dicit, *Clamabo, & non exaudietis*, intelligendum est

quantum ad affectum sensualitatis, quæ mortem refugiebat: exauditur tamen quantum ad affectum rationis, ut dictum est (in corp.)

## QUÆSTIO XXII.

De sacerdotio Christi.

in sex articulos divisæ.

Deinde considerandum est de sacerdotio Christi: & circa hoc queruntur sex.

Primo, utrum conveniat Christo esse sacerdotem.

Secundo, de hostia hujus sacerdotii.

Tertio, de effectu hujus sacerdotii.

Quarto, utrum effectus sacerdotii ejus pertineat ad ipsum, vel solum ad alios.

Quinto, de æternitate sacerdotii ejus.

Sexto, utrum debeat dici sacerdos secundum ordinem Melchisedech.

## ARTICULUS I. 130

Utrum Christo conveniat esse sacerdotem.

Infr. quæst. xxxi. art. 2. corp. & ad 2. & quæst. lxx. art. 4. ad 1. & II. cont. cap. xxxvi. & opus. xx. cap. 111. & Psalm. 11. com. 6. & Psalm. xlii. com. 10. & Heb. 1. lect. 4. fin.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod Christo non conveniat esse sacerdotem. Sacerdos enim est minor Angelo: unde dicitur Zach. iiii. 1. *Ostendit mihi Deus sacerdotem magnum stantem coram Angelo Domini.* Sed Christus est major Angelis, secundum illud Hebr. 1. 4. *Tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen habuit.* Ergo Christo non convenit esse sacerdotem.

2. Præterea. Ea quæ fuerunt in veteri Testamento, fuerunt figure Christi, secundum illud Colof. 1. 17. *Quæ sunt umbra futurorum, corpus autem Christi.* Sed Christus non traxit carnis originem ex sacerdotibus veteris legis: dicit enim Apostolus ad Hebr. vii. 14. *Manifestum est quod ex Juda ortus sit Dominus noster: in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est.* Ergo Christo non convenit esse sacerdotem.

3. Præterea. In veteri lege, quæ est figura Christi, non fuit idem legislator, & sacerdos: unde dicit Dominus ad Moysen legislatorem Exod. xxviii. 1. *Applica Aaron fratrem tuum. . . ut sacerdotio fungatur mihi.* Christus autem est lator novæ legis, secundum



## QUÆSTIO XXI.

De oratione Christi,

in quatuor articulos divisa.

**D**einde considerandum est de oratione Christi: & circa hoc quaeruntur quatuor. Primo, utrum Christo conveniat orare. Secundo, utrum conveniat sibi secundum suam sensualitatem.

Tertio, utrum conveniat sibi orare pro seipso, an tantum pro aliis.

Quarto, utrum omnis ejus oratio sit exaudita.

## ARTICULUS I. 126

Utrum Christo competat orare.

III. dist. xvi. art. 3. quæst. 1. & IV. dist. xv. quæst. 1v. art. 6. quæst. 2. ad 1. & Joan. xi. lect. 6.

**A**D primum sic proceditur. Videtur quod Christo non competat orare. Nam, sicut Damascenus dicit (Lib. III. orth. Fid. cap. xxiv. in princ.) oratio est petitio decentium à Deo. Sed cum Christus omnia facere posset, non videtur ei convenire quod aliquid ab aliquo peteret. Ergo videtur quod Christo non conveniat orare.

2. Præterea. Non oportet orando petere illud quod aliquis scit pro certo esse futurum; sicut non oramus quod Sol oriatur cras: neque est etiam conveniens quod aliquis orando petat quod scit nullo modo esse futurum. Sed Christus sciebat circa omnia quid esset futurum. Ergo non conveniebat ei aliquid orando petere.

3. Præterea. Damascenus dicit in Libro III. (loc. cit.) quod oratio est ascensus intellectus in Deum. Sed intellectus Christi non indigebat ascensione in Deum, quia semper intellectus ejus erat Deo conjunctus, non solum secundum unionem hypostasis, sed etiam secundum fructum beatitudinis. Ergo Christo non conveniebat orare.

Sed contra est quod dicitur Luc. vi. 12. Factum est in illis diebus exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei.

Respondendo dicendum, quod, sicut dictum est in secunda parte (2. quæst. lxxxiii. art. 1. & 2.) oratio est quedam explicatio propriæ voluntatis apud Deum, ut eam impleat. Si igitur in Christo esset una tantum voluntas, scilicet divina, nullo modo competere sibi orare: quia voluntas divina per se ipsam est effectiva eorum quæ vult,

(a) Theologi, & Nicolaus nobis, emissi pro,

secundum illud Psalmi. cxxxiv. 6. Omnia quæcumque voluit Dominus, fecit. Sed qua in Christo est alia voluntas divina, & alia humana, & voluntas humana non est per se ipsam effectiva ad implendum quæ vult, nisi per virtutem divinam, inde est quod Christo, secundum quod est homo, & humanam voluntatem habens, competit orare.

Ad primum ergo dicendum, quod Christus poterat perficere omnia quæ volebat, secundum quod Deus, non autem secundum quod homo: quia secundum quod homo, non habuit omnipotentiam, ut supra habitum est (quæst. xlii. art. 1.) Nilominus tamen ipse idem Deus existens, & homo, voluit ad Patrem orationem porrigere, non quasi ipse esset impotens, sed propter nostram instructionem. Primo quidem ut ostenderet se esse à Patre: unde ipse dicit Joan. xi. 42. Propter populum qui circumstat, dixi, scilicet verba orationis, ut credant, quia tu me misisti. Unde Hilarius in X. de Trinitate (circ. fin.) dicit: Non prece eguit, (a) pro nobis oravit, si filius ignoraretur. Secundo ut nobis exemplum orandi daret: unde Ambrosius dicit super Luc. (cap. vi. sup. illud Et erat pernoctans, &c.) Noli insidiarices aperire aures, ut putes Filium Dei quasi infirmum rogare, ut impetret quod implere non possit: potestatis enim auctor, obedientia magister, ad præcepta virtutis suo nos informat exemplo. Unde & Augustinus dicit super Joan. (tract. civ. circ. med.) Poterat Dominus in forma servi, si hoc opus esset, orare silentio; sed ita se Patri exhibere voluit precatorem, ut meminisset nostrum se esse doctorem.

Ad secundum dicendum, quod inter alia quæ Christus scivit futura, scivit quedam esse fienda propter suam operationem, & hujusmodi non inconvenienter à Deo petiti.

Ad tertium dicendum, quod ascensio nihil est aliud quam motus in id quod est sursum. Motus autem, ut habetur in III. de Anima (text. 28.) dupliciter dicitur. Uno modo proprie, secundum quod importat exitum de potentia in actum prout est actus imperfecti: & sic ascendere competit ei quod est potentia sursum, & non actu: & hoc modo, ut Damascenus dicit in III. Lib. (loc. cit. in arg.) intellectus humanus Christi non eget ascensione in Deum, cum sit semper Deo unitus, & secundum esse personale, & secundum contemplationem beatitudinis. Alio modo dicitur motus, qui est actus perfecti, id est existentis in actu, sicut ut intelligere, & sentire dicuntur quidam motus: & hoc modo intellectus Christi semper ascendit in Deum, quia semper contemplatur ipsum ut supra se existentem.

(a) Theologi, & Nicolaus nobis, emissi pro,

## ARTICULUS II. 127

Utrum Christo conveniat orare secundum suam sensualitatem.

Inf. art. 4. corp. & ad 2. & III. dist. xvii. art. 3. quæst. 3. & opus. 11. cap. cxxl. & opus. vii.

**A**D secundum sic proceditur. Videtur quod Christo conveniat orare secundum suam sensualitatem. Dicitur enim in Psalm. lxxxix. 3. ex persona Christi: Cor meum, & carnes exultaverunt in Deum vivum. Sed sensualitas dicitur appetitus carnis. Ergo sensualitas Christi potuit ascendere in Deum vivum exultando, & pari modo orando.

2. Præterea. Eius videtur esse orare cuius est desiderare illud quod petitur. Sed Christus petivit aliquid quod desideravit ejus sensualitas, cum dixit, Tanquam si me calix iste, sicut dicitur Matth. xxvi. 39. Ergo sensualitas Christi oravit.

3. Præterea. Magis est uni Deo in persona quam ascendere in Deum per orationem. Sed sensualitas fuit assumpta à Deo in unitate personæ, sicut & quælibet pars humanæ naturæ. Ergo multo magis potuit ascendere in Deum orando.

Sed contra est quod dicitur Philip. ii. quod Filius Dei secundum naturam quam assumpsit, in similitudinem hominum factus est. Sed alii homines non orant secundum sensualitatem. Ergo nec Christus oravit secundum sensualitatem.

Respondendo dicendum, quod orare secundum sensualitatem potest intelligi dupliciter. Uno modo sic quod ipsa oratio sit actus sensualitatis: & hoc modo Christus secundum sensualitatem non oravit: quia ejus sensualitas ejusdem naturæ, & speciei fuit in Christo, & in nobis. In nobis autem non potest sensualitas orare duplici ratione. Primo quidem quia motus sensualitatis non potest sensibilia transcendere: & ideo non potest in Deum ascendere, quod requiritur ad orationem. Secundo quia oratio importat quandam ordinationem, prout scilicet aliquis desiderat aliquid quasi à Deo implendum: & hoc est solius rationis.

Unde oratio est actus rationis, ut in secunda parte habitum est (2. quæst. lxxxiii. art. 1.)

Alio modo potest dici aliquis orare secundum sensualitatem, quia scilicet ejus oratio orando Deo proponit quod est in appetitu sensualitatis ipsius: & secundum hoc Christus oravit secundum sensualitatem, in quantum scilicet oratio ejus exprimebat sensualitatis affectum, tanquam sensualitatis advocata: & hoc ut nos de tribus instrueret: primo qui

8. Th. Op. Tom. V.

dem ut ostenderet se veram naturam humanam suscepisse cum omnibus naturalibus affectibus; secundo ut ostenderet quod homini licet secundum naturalem affectum aliquid velle quod Deus non vult; tertio ut ostendat quod proprium affectum debet homo divine voluntati subicere. Unde Augustinus in Psalm. xxxi. (conc. 1. parum à princ.) dicit: Christus hominibus gerens, ostendit propriam quandam hominis voluntatem, cum dicit, Trans, sicut à me calix iste: hic enim erat humana voluntas, proprium aliquid, & assequens propriam voluntatem. Sed quia recto corde vult esse hominem, & ad Deum dirigit, subdit, Velle, unitatem non sicut ego velle, sed sicut tu, ac si dicat, Velle te in me, quia potest aliquid proprium velle, nisi Deus aliud velle.

Ad primum ergo dicendum, quod caro exultat in Deum vivum non per actum carnis ascendentem in Deum, sed per redundantiam à corde in carnem, in quantum appetitus sensibilis sequitur motum appetitus rationalis.

Ad secundum dicendum, quod licet sensualitas hoc voluerit quod ratio petebat, hoc tamen orando petere non erat sensualitatis, sed rationis, ut dictum est in corp. art. 1. Ad tertium dicendum, quod uno in persona est secundum esse personale, quod petere ad quamlibet partem humanæ naturæ, sed assensio orationis est per actum qui homini convenit nisi rationi, ut dictum est in corp. art. 1. Unde non est similis ratio.

## ARTICULUS III. 128

Utrum fuerit conveniens Christo pro se orare.

III. dist. xvi. art. 3. quæst. 2. & opus. vii. & Joan. xi. lect. 4. amplius.

**A**D tertium sic proceditur. Videtur quod Christo non fuerit conveniens pro se orare. Dicit enim Hilarius in X. de Trinitate (circ. fin.) Cum sibi non præferret deprecationem seipsum, ad profectum tamen nostræ fidei loquebatur. Sic ergo videtur quod Christus non sibi, sed nobis oraverit.

2. Præterea. Nullus orat nisi pro eo quod vult: quia, sicut dictum est (art. 1. hujus quæst.) oratio est quedam explicatio voluntatis per Deum implende. Sed Christus volebat pati ea quæ patebatur: dicit enim Augustinus XXVI. contra Faust. (circ. fin. Lib.) Homo plerumque, est noluit, transiit; est noluit, contristatur; est noluit dormit; est noluit, exurit, ac fuit. Ille autem, scilicet Christus, omnia ista fecit, quia voluit. Ergo ei non competebat pro se ipso orare.

3. Præterea. Cyprianus dicit in Lib. de oratione dominica (alliquant. à princ.) Pater dicitur,

Q







expiari per sacerdotium Christi; sed expiati jam indigebunt consummari per ipsum Christum, à quo gloria eorum dependet. Unde dicitur Apocal. xxi. 23. quod claritas Dei illuminat illam, scilicet civitatem Sanctorum, & lucerna ejus est agnus.

Ad secundum dicendum, quod licet passio, & mors Christi de cetero non sint iteranda; tamen virtus illius hostiæ semel oblata permanet in æternum: quia, ut dicitur ad Hebr. x. 14. una oblatione consummavit in æternum sanctificationem.

Et per hoc patet responsio ad tertium.

Unitas autem hujus oblationis figurabatur in lege per hoc quod semel in anno legalis Pontifex cum solemnibus oblatione sanguinis intrabat in Sancta, ut dicitur Levit. xvi. Sed deficiebat figura à veritate in hoc quod illa hostia non habebat sempiternam virtutem: & ideo annuatim illæ hostiæ reiterabatur.

## ARTICULUS VI. 135

Utrum sacerdotium Christi fuerit secundum ordinem Melchisedech.

Insp. quest. lxxi. art. 3. ad 3. & IV. dist. viii. quest. 1. art. 3. quest. 3.

**A**D sextum sic proceditur. Videtur quod sacerdotium Christi non fuerit secundum ordinem Melchisedech. Christus enim est fons totius sacerdotii, tamquam principalis sacerdos. Sed illud quod est principale, non sequitur ordinem alterius; sed alia sequuntur ordinem ipsius. Ergo Christus non debet dici sacerdos secundum ordinem Melchisedech.

2. Præterea. Sacerdotium veteris legis propinquius fuit sacerdotio Christi quam sacerdotium quod fuit ante legem. Sed sacramenta tanto expressius significabant Christum, quanto propinquiora fuerunt Christo, ut patet ex his quæ in secunda parte dicta sunt (implic. 2. 2. quest. 11. art. 7.) Ergo sacerdotium Christi magis debet denominari secundum sacerdotium legale, quam secundum sacerdotium Melchisedech, quod fuit ante legem.

3. Præterea. Heb. vii. 2. dicitur, quod est Rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vite habens: quæ quidem conveniunt soli Filio Dei. Ergo non debet dici Christus sacerdos secundum ordinem Melchisedech, tamquam cuiusdam alterius, sed secundum ordinem sui ipsius.

Sed contra est quod dicitur in Psal. cix. 4. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

Respondeo dicendum, quod sicut supra dictum est (art. 4. huj. quest. arg. 3.) legale

sacerdotium fuit figura sacerdotii Christi, non quidem quasi adæquans veritatem, sed multum ab ea deficiens: tum, quia sacerdotium legale non mundabat peccata, tum etiam quia non erat æternum, sicut sacerdotium Christi: ipsa autem excellentia sacerdotii Christi ad sacerdotium Leviticum fuit figurata in sacerdotio Melchisedech, qui ab Abraham decimas sumpsit, in cuius lumbis docimatus est quodammodo ipse sacerdos legalis. Et ideo sacerdotium Christi dicitur esse secundum ordinem Melchisedech, propter excellentiam veri sacerdotii ad figurale sacerdotium legis.

Ad primum ergo dicendum, quod Christus non dicitur esse secundum ordinem Melchisedech, quasi principalioris sacerdotis, sed quasi præfigurantis excellentiam sacerdotii Christi ad sacerdotium Leviticum.

Ad secundum dicendum, quod in sacerdotio Christi duo possunt considerari, scilicet ipsa oblatio Christi, & participatio ejus. Quantum ad ipsam oblationem, expressius figurabat sacerdotium Christi, sacerdotium legale per sanguinis effusionem, quam sacerdotium Melchisedech, in quo sanguis non effundebatur. Sed quantum ad participationem hujus sacrificii, & ejus effectum, in quo præcipue attenditur excellentia sacerdotii Christi ad sacerdotium legale, expressius præfigurabatur per sacerdotium Melchisedech, qui offerebat panem, & vinum significantia, ut Augustinus dicit (tract. xxvi. in Joan. à med. vid. etiam cap. Quia passus de Consecrat. dist. 2.) Ecclesiasticam unitatem, quam constituit participatio sacrificii Christi. Unde etiam in nova lege verum Christi sacrificium communicatur fidelibus sub specie panis, & vini.

Ad tertium dicendum, quod Melchisedech dictus est sine patre, & sine matre, & sine genealogia, & quod non habet initium dierum, neque finem, non quia ista non habuerit, sed quia in Scriptura sacra ista de eo non leguntur. Et per hoc ipsum, ut Apostolus ibidem dicit, assimilatus est Filio Dei, qui in terris est sine patre, & in cælis sine matre, & sine genealogia, secundum illud Ila. l. 11.

8. Generationem ejus quis enarrabit? & secundum Divinitatem neque principium, neque finem dierum habet.

## QUÆSTIO XXIII.

De adoptione Christi.

In quantum articulo divisio.

**D**Einde considerandum est, an adoptio Christo conveniat: & circa hoc quaeruntur quatuor.

Primo, utrum Deo conveniat adoptare filios.

Secundo, utrum hoc conveniat soli Deo Patri.

Tercio, utrum sit proprium hominum adoptari in filios Dei.

Quarto, utrum Christus possit dici filius adoptivus.

## ARTICULUS I. 136

Utrum Deo conveniat filios adoptare.

Insp. dist. x. quest. 1. art. 1. quest. 1. & IV. cont. cap. xvii. dist. 1.

**A**D primum sic proceditur. Videtur quod Deo non conveniat filios adoptare. Nullus enim adoptat nisi extraneam personam in filium, secundum quod Jurista dicunt. Sed nulla persona est extranea à Deo, qui est omnipotens creator. Ergo videtur quod Deo non conveniat adoptare.

2. Præterea. Adoptio videtur esse introducta in defectum filiationis naturalis. Sed in Deo invenitur naturalis filio, ut in prima parte habitum est (quest. xxxi. art. 3.) Ergo non convenit Deo filios adoptare.

3. Præterea. Ad hoc aliquis adoptatur ut in hereditate adoptantis succedat. Sed in hereditate Dei non videtur aliquis posse succedere, quia ipse nunquam decedit. Ergo Deo non convenit adoptare.

Sed contra est quod dicitur Ephes. 1. 5. Predestinatio Dei non est irrita. Ergo Deus aliquos sibi adoptat in filios.

Respondeo dicendum, quod aliquis homo adoptat alium sibi in filium, in quantum ex sua bonitate admittit eum ad participationem sue hereditatis. Deus autem est infinitæ bonitatis: ex qua contingit quod ad participationem bonorum suorum suas creaturas admittit, & præcipue rationales creaturas, quæ in quantum sunt ad imaginem Dei factæ, sunt capaces beatitudinis divine: quæ quidem consistit in fruitione Dei, per quam etiam ipse Deus beatus. Thom. Op. Tom. V.

tus est, & per seipsum dives; in quantum scilicet seipso fruatur. Hoc autem dicitur hereditas alicujus, ex quo ipse est dives. Et ideo, in quantum Deus ex sua bonitate admittit homines ad beatitudinis hereditatem, dicitur eos adoptare. Hoc autem plus habet adoptatio divina quam humana: quia Deus hominem quem adoptat, idoneum facit per gratiæ munus ad hereditatem cælestem percipiendam; homo autem non facit idoneum eum quem adoptat, sed potius eum jam idoneum eligit adoptando.

Ad primum ergo dicendum, quod homo in sua natura consideratus non est extraneus à Deo quantum ad bona naturalia quæ recipit; est tamen extraneus quantum ad bona gratiæ, & gloriæ: & secundum hoc adoptatur.

Ad secundum dicendum, quod hominis est operari ad suppleendam suam indigentiam; non autem Dei, cui convenit operari ad communicandam suæ perfectionis abundantiam. Et ideo sicut per actum creationis communicatur bonitas divina omnibus creaturis: secundum quandam similitudinem; ita per actum adoptionis communicatur similitudo naturalis filiationis hominibus, secundum illud Rom. vii. 14. 29. Quos prædestinavit conferre sibi imaginem Filii sui.

Ad tertium dicendum, quod bona spiritualia possunt simul à pluribus possideri; non autem bona corporalia: & ideo hereditatem corporalem nullus potest percipere nisi succedens decedenti; hereditatem autem spiritalem simul omnes ex integro accipiunt sine detrimento patris semper viventis. Quamvis possit dici, quod Deus decedit, secundum quod est in nobis per fidem; (a) ut incipiat in nobis esse per speciem, sicut Glossa (ordin.) dicit Rom. vii. 11. super illud: Si filii, & heredes.

## ARTICULUS II. 137

Utrum adoptare conveniat toti Trinitati.

Insp. dist. x. quest. 1. art. 1. quest. 2. & 3.

**A**D secundum sic proceditur. Videtur quod adoptare non conveniat toti Trinitati. Adoptatio enim dicitur in divinis ad similitudinem rerum humanarum. Sed in rebus humanis soli illi convenit adoptare qui potest filios generare; quod in divinis convenit soli Patri. Ergo in divinis solus Pater potest adoptare.

2. Præterea. Homines per adoptionem efficiuntur fratres Christi, secundum illud Rom. viii. 29. Ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Fratres autem dicuntur qui sunt filii unius Patris, inde & Dominus dicit Joan. xx. 17. Ascendo ad Patrem meum, & cum illis erit. R. 2. ut innotet Pat.



*Patrem ostendit. Ergo solus Pater Christi habet filios adoptivos.*

3. Præterea. Galat. iv. 4. dicitur: *Misit Deus Filium suum...* ut adoptionem filiorum Dei recipere. Quoniam autem esset filius Dei, misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra clamantem, Abba, pater. Ergo ejus est adoptare ejus est Filium, & Spiritum Sanctum habere. Sed hoc est solus personæ Patris. Ergo adoptare convenit soli personæ Patris.

Sed contra. Eius est adoptare nos in filios quem nos Patrem possumus nominare; unde dicitur Roman. vii. 15. *Acceptis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, pater.* Sed cum Deo dicimus, *Pater noster*, hoc pertinet ad totam Trinitatem, sicut & cetera nomina, quæ dicuntur de Deo relative ad creaturam, ut in prima parte habitum est (quæst. xxxi. art. 3. & quæst. xxxix. art. 7.). Ergo adoptare convenit toti Trinitati.

Respondeo dicendum, quod hæc est differentia inter filium Dei adoptivum, & naturalem: quod filius Dei naturalis est genitus, non factus; filius autem adoptivus est factus, secundum illud Joann. 1. 12. *De die in præteritum filius Dei fieri.* Dicitur tamen quandoque filius adoptivus esse genitus propter spirituales regenerationem, quæ est gratuita, non naturalis. Unde dicitur Jacobi 1. 18. *Voluntarie genuit nos verbo veritatis.* Quamvis autem generare in divinis sit proprium personæ Patris; tamen facere quemcumque effectum in creaturis est commune toti Trinitati propter unitatem naturæ: quia ubi est una natura, oportet quod sit una virtus, & una operatio. Unde Dominus dicit Joann. v. 19. *Quicumque Pater facit, hæc & Filius similiter facit.* Et ideo adoptare homines in filios Dei convenit toti Trinitati.

Ad primum ergo dicendum, quod omnes personæ humanæ non sunt unius naturæ secundum numerum, ut oporteat unam esse omnium operationem tantum, & unum effectum, sicut accidit in divinis: & ideo quantum ad hoc non potuit attendi similitudo utrobique.

Ad secundum dicendum, quod nos per adoptionem efficiamur fratres Christi, quasi eundem Patrem habentes cum ipso; qui tamen alio modo est Pater Christi, & alio modo est Pater noster: unde signanter Dominus Joann. xx. scilicet dixit, *Patrem meum*, & seorsum dixit, *Patrem vestrum*: est enim Pater Christi naturaliter generando; quod est proprium sibi: est autem Pater noster voluntarie aliquid faciendo; quod est commune sibi, & Filio, & Spiritui Sancto: & ideo Christus non est filius totius Trinitatis, sicut nos.

Ad tertium dicendum, quod, sicut dictum

(a) Al. intelligibilitatem.

est (art. præc. ad 2.) filiatio adoptiva est quædam similitudo filiationis æternæ; sicut omnia quæ in tempore facta sunt, similitudinis quædam sunt eorum quæ ab æterno fuerunt. Assimilatur autem homo splendori æterni Filii per gratiæ claritatem, quæ attribuitur Spiritui Sancto. Et ideo adoptio licet sit communis toti Trinitati, appropriatur tamen Patri ut auctori, Filio ut exemplari, Spiritui Sancto ut imprimenti in nobis hujus similitudinis exemplaris.

#### ARTICULUS III. 138

*Utrum adoptari sit proprium rationali creaturæ.*

III. dist. x. quæst. 11. art. 2. quæst. 1. & 2. & IV. cont. cap. xvii. fin. & XXI. fin.

**A**D tertium sic proceditur. Videtur quod adoptari non sit proprium rationali creaturæ. Non enim dicitur Deus pater creaturæ rationalis nisi per adoptionem. Dicitur autem pater creaturæ etiam irrationalis, secundum illud Job xxxviii. 28. *Quis est pluviae pater, & filiarum eius qui genuit?* Ergo adoptari non est proprium rationali creaturæ.

2. Præterea. Per adoptionem dicuntur aliqui filii Dei. Sed esse filios Dei in Scriptura proprie videtur attribui Angelis, secundum illud Job 1. 6. *Quidam autem die cum assisteret filii Dei coram Domino.* Ergo non est proprium creaturæ rationalis adoptari.

3. Præterea. Quod est proprium alicui naturæ, convenit omnibus habentibus naturam illam, sicut risibile convenit omnibus hominibus. Sed adoptari non convenit omni rationali naturæ. Ergo adoptari non est proprium rationali creaturæ.

Sed contra est quod filii adoptati sunt heredes Dei, ut patet Rom. viii. Sed talis hereditas convenit soli rationali creaturæ. Ergo proprium est creaturæ rationali adoptari.

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (art. præc. ad 3.) filiatio adoptionis est quædam similitudo filiationis naturalis. Filius autem Dei naturaliter procedit a Patre ut Verbum intellectuale, unum cum ipso Patre existens. Huic ergo Verbo tripliciter potest aliquid assimilari. Uno quidem modo secundum rationem formæ, non autem secundum intellectualitatem ipsius; sicut forma domus exterior constituitur assimilatur verbo mentali artificis secundum speciem formæ, non autem secundum (a) intellectualitatem: quia forma domus in materia non est intelligibilis, sicut erat in mente artificis. Et hoc modo Verbo æterno assimilatur quælibet creatura, cum sit

sic facta per Verbum. Secundo modo assimilatur creatura Verbo, non solum quantum ad rationem formæ, sed etiam quantum ad intellectualitatem ipsius; sicut scientia quæ sit in mente discipuli, assimilatur verbo quod est in mente magistri. Et hoc modo creatura rationalis, etiam secundum suam naturam assimilatur Verbo Dei. Tertio modo assimilatur creatura Verbo Dei æterno secundum unitatem quam habet ad Patrem; quod quidem fit per gratiam, & caritatem. Unde Dominus orat Joan. xvii. 22. *Sint unum in nobis, sicut & nos unum sumus.* Et talis assimilatio perficitur rationem adoptionis: quia sic assimilari debetur hereditas æterna. Unde manifestum est quod adoptari convenit soli creaturæ rationali, non tamen omni, sed solum habenti caritatem, quæ est diffusa in caribus nostris per Spiritum Sanctum, ut dicitur Roman. v. Et ideo Rom. viii. Spiritus Sanctus dicitur *spiritus adoptionis filiorum.*

Ad primum ergo dicendum, quod Deus dicitur pater creaturæ irrationalis non proprie per adoptionem, sed per creationem secundum primam participationem similitudinis.

Ad secundum dicendum, quod Angeli dicuntur filii Dei filiatione adoptionis, non quia ipsis (a) primo conveniat, sed quia ipsi primo adoptionem filiorum receperunt.

Ad tertium dicendum, quod adoptio non est proprium consequens naturam, sed consequens gratiam, cuius natura rationalis est capax: & ideo non oportet quod omni rationali creaturæ conveniat, sed quod omnis rationalis creatura sit capax adoptionis.

#### ARTICULUS IV. 139

*Utrum Christus, secundum quod homo, sit Filius Dei adoptivus.*

Inf. quæst. xxxi. art. 3. & quæst. xlii. art. 1. cor. & III. dist. x. quæst. 11. art. 2. quæst. 3. & IV. contra cap. xv. & ver. quæst. xxi. art. 1. ad 1.

**A**D quartum sic proceditur. Videtur quod Christus, secundum quod homo, sit filius Dei adoptivus. Dicit enim Hilarius (Lib. II. de Trinit. à med.) de Christo loquens: *Post istam dignitatem non amittitur, dum carnis humanæ adoptatur.* Ergo Christus, secundum quod homo, est filius adoptivus.

2. Præterea. Augustinus dicit in Lib. de prædestin. sand. (cap. xv. ant. med.) quod ea gratia sit ab initio facti sui homo quicumque Christianus, quæ gratia homo ille ab initio suo factus est Christianus. Sed alii homines sunt Christiani per gratiam adoptionis. Ergo & ille homo est

Christus per adoptionem: & ita videtur esse filius adoptivus.

3. Præterea. Christus, secundum quod homo, est servus. Sed dignius est esse filium adoptivum quam servum. Ergo multo magis Christus, secundum quod homo, est filius adoptivus.

Sed contra est quod Ambrosius dicit in Lib. de Incarnat. (cap. viii. in fin.) *Adoptivum filium non dicimus filium esse naturæ; sed cum dicimus naturæ esse filium qui verus est filius.* Christus autem est verus, & naturalis Dei Filius, secundum illud I. Joan. ult. 20. *Ut finis in vero Filio ejus Jesu Christo.* Ergo Christus, secundum quod homo, non est filius adoptivus.

Respondeo dicendum, quod filiatio proprie convenit hypostasi, vel persone, non autem naturæ. Unde & in prima parte dictum est (quæst. xxxi. art. 2. & 3.) quod filiatio est proprietas personalis. In Christo autem non est alia persona, vel hypostasis quam increata, cui convenit esse filium per naturam. Dicitur autem supra (art. præc.) quod filiatio adoptionis est participata similitudo filiationis naturalis. Non autem recipitur; aliquid dici participative, quod per se dicitur. Et ideo Christus, qui est Filius Dei naturalis, nullo modo potest dici filius adoptivus. Secundum autem illos qui ponunt in Christo duas personas, vel duas hypostases, seu duo supposita, nihil rationabiliter prohiberet Christum hominem dici filium adoptivum.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut filiatio non proprie convenit naturæ, ita nec adoptio. Et ideo cum dicitur, quod carnis humanæ adoptatur, improprie est locutio: & accipitur ibi adoptio pro unione humanæ naturæ ad personam Filii.

Ad secundum dicendum, quod similitudo illa Augustini est intelligenda quantum ad principium, quia scilicet sicut sine meritis quilibet homo habet ut sit Christianus, ita iste homo sine meritis habuit ut esset Christus. Est tamen differentia quantum ad terminum, quia scilicet Christus per gratiam unionis est filius naturalis, alius autem per gratiam habitalem est filius adoptivus. Gratia autem habitualis in Christo non facit de non filio filium adoptivum; sed est quidam effectus filiationis naturalis in anima Christi, secundum illud Joann. 1. 14. *Vidimus gloriam ejus quasi unigeniti à Patre, plenum gratiæ, & veritatis.*

Ad tertium dicendum, quod esse creaturam & etiam servum, vel subjectum ad Deum, non solum respicit personam, sed etiam naturam: quod non potest dici de filiatione. Et ideo non est similis ratio.

QUÆS.

(a) Ita mss. & edit. communiter, Nicolajus proprie conveniat.



## QUESTIO XXIV.

De prædestinatione Christi,

in quatuor articulos divisa.

**D**einde considerandum est de prædestinatione Christi: & circa hoc queruntur quatuor.

Primo, utrum Christus sit prædestinatus.

Secundo, utrum sit prædestinatus, secundum quod homo.

Tertio, utrum ejus prædestinatio sit exemplar nostre prædestinationis.

Quarto, utrum sit causa prædestinationis nostre.

## ARTICULUS I. 140

Utrum Christo conveniat prædestinatum esse.

I. dist. XI. quæst. 1. cor. fin. & ad 5. & III. dist. VII. quæst. 111. art. 2. quæst. 2. & 3. & IV. cont. cap. 18. & Rom. 1. l. 3.

**A**d primum sic proceditur. Videtur quod Christo non conveniat prædestinatum esse. Terminus enim prædestinationis videtur esse adoptio filiorum, secundum illud Ephef. 1. 5. *Prædestinavit nos in adoptionem filiorum*. Sed Christo non convenit esse filium adoptivum, ut dictum est (quæst. præc. art. 4.) Ergo Christo non convenit prædestinatum esse.

2. Præterea. In Christo duo est considerare, scilicet naturam humanam, & personam. Sed non potest dici, quod Christus sit prædestinatus ratione humanæ naturæ: quia hæc est falsa: *Humana natura est Filius Dei*: similiter etiam neque ratione personæ: quia illa persona non habet ex gratia quod sit Filius Dei, sed ex natura: prædestinatio autem est eorum quæ sunt ex gratia, ut in prima parte dictum est (quæst. xxiii. art. 1. & 5.) Ergo Christus non est prædestinatus Filius Dei.

3. Præterea. Sicut illud quod est factum, non semper fuit, ita, & illud quod est prædestinatum, eo quod prædestinatio antecessione quamdam importat. Sed quia Christus semper fuit Deus, & Filius Dei, non proprie dicitur quod homo ille sit factus Filius Dei. Ergo pari ratione non debet dici, quod Christus sit prædestinatus Filius Dei.

Sed contra est quod Apostolus dicit Rom. 1. 4. de Christo loquens: *Qui prædestinatus est Filius Dei in virtute*.

Respondeo dicendum, quod, sicut patet ex his quæ in prima parte dicta sunt (quæst.

xxiii. art. 1. & 5.) prædestinatio proprie accepta est quadam divina præordinatione ab æterno de his quæ per gratiam Dei sunt fienda in tempore. Est autem hoc in tempore factum per gratiam unionis à Deo ut homo esset Deus, & Deus esset homo. Nec potest dici, quod Deus ab æterno non præordinaverit hoc fieri futurum in tempore: quia sequeretur quod diving menti aliquid de novo accideret. Et ideo oportet dicere, quod ipsa unio naturarum in persona Christi cadat sub æterna Dei prædestinatione: & ratione hujus Christus dicitur esse prædestinatus.

Ad primum ergo dicendum, quod Apostolus ibi loquitur de prædestinatione qua nos prædestinamur, ut simus filii adoptivi. Sicut autem Christus singulari modo præ aliis est Dei Filius naturalis, ita quodam singulari modo est prædestinatus.

Ad secundum dicendum, quod, sicut dicitur in Glossa (ord. sup. illud, *Qui prædestinatus est Filius*, & est Augustini Lib. de prædestin. Sanct. cap. xv. à med.) Rom. 1. quidam dixerunt, prædestinationem intelligendam esse de natura, non de persona, quia scilicet humanæ naturæ facta est hæc gratia, ut uniretur Filio Dei in unitate personæ. Sed secundum hoc locutio Apostoli est impropria, propter duo. Primo quidem ratione communi: non enim dicimus, naturam alicujus prædestinari; sed ipsum suppositum: quia prædestinari est dirigi in salutem; quod quidem est suppositi agentis propter beatitudinis finem. Secundo ratione specialia: quia esse Filium Dei non convenit humanæ naturæ. Est enim hæc falsa: *Humana natura est Filius Dei*: nisi forte quis velit sic exponere exorta expositione: *Qui prædestinatus est Filius Dei in virtute*, id est prædestinatum est ut humana natura uniretur Filio Dei in persona. Relinquitur ergo quod prædestinatio attribuitur personæ Christi, non quidem secundum se, vel secundum quod subsistit in divina natura, sed secundum quod subsistit in humana natura. Unde cum dixisset Apostolus: *Qui factus est ex semine David secundum carnem*, subiunxit, *Qui prædestinatus est Filius Dei in virtute*; ut daret intelligere, quod secundum hoc quod est factus ex semine David secundum carnem, est prædestinatus Filius Dei in virtute: quamvis enim sit naturale illi personæ secundum se consideratæ quod sit Filius Dei in virtute; non tamen est ei naturale secundum humanam naturam, secundum quam hoc sibi convenit per gratiam unionis.

Ad tertium dicendum, quod Origenes super epistolam ad Rom. (cap. 1.) dicit hanc esse litteram Apostoli, *Qui (a) destinatus est Filius Dei in virtute*; ita quod non designetur aliqua antecessio: & sic nihil habet difficultatis.

Alit

[a] Ita cum Origen. edit. passim. Alii cum cod. Alcan. prædestinatus.

Alii vero antecessione, quæ designatur in hoc participio *prædestinatus*, referunt non ad id quod est esse Filium Dei, sed ad ejus manifestationem, secundum illud consuetum modum loquendi in Scripturis, quo res dicuntur fieri quando innotescunt; ut sit sensus, quod Christus prædestinatus est manifestari Filius Dei. Sed sic non proprie prædestinatio accipitur: nam aliquis dicitur proprie prædestinari, secundum quod dirigitur in finem beatitudinis: beatitudo autem Christi non dependet ex nostra cognitione. Et ideo melius dicendum est, quod illa antecessio quam importat hoc participium *prædestinatus*, non refertur ad personam secundum seipsam, sed ratione humanæ naturæ: quia scilicet persona illa est ab æterno fuerit Filius Dei; hoc tamen non fuit semper quod subsistens in natura humana fuerit Filius Dei. Unde Augustinus dicit in Lib. de prædestin. Sanct. (cap. xv. à med.) *Prædestinatus est Jesus, ut qui futurus erat secundum carnem filius David, esset in virtute Filius Dei*. Et est considerandum, quod licet hoc participium *prædestinatus* importet antecessione, sicut & hoc participium *factus*; aliter tamen, & aliter. Nam fieri pertinet ad ipsam rem, secundum quod in se est; prædestinari autem pertinet ad aliquem, secundum quod est in apprehensione alicujus præordinantis. Id autem quod subest alicui forme, & naturæ secundum rem, potest apprehendi, vel prout est sub forma illa, vel etiam absolute. Et quia absolute non convenit personæ Christi quod incepit esse Filius Dei; convenit autem ei, secundum quod intelligitur, vel apprehenditur ut in natura humana existens, quia scilicet hoc aliquando incepit esse quod in natura humana existens esset Filius Dei; ideo magis hæc est vera, *Christus est prædestinatus Filius Dei*, quam ista, *Christus est factus Filius Dei*.

## ARTICULUS II. 141

Utrum hæc sit falsa: Christus secundum quod homo, est prædestinatus esse Filius Dei.

III. dist. x. quæst. 1. art. 1. quæst. 2. & IV. cont. cap. 18.

**A**d secundum sic proceditur. Videtur quod hæc sit falsa: *Christus, secundum quod homo, est prædestinatus esse Filius Dei*. Hoc enim est univulque secundum aliquod tempus, quod est prædestinatus esse, eo quod prædestinatio Dei non fallitur. Si ergo Christus, secundum quod homo, est prædestinatus esse Filius Dei, videtur sequi quod sit Filius Dei, secundum quod homo. Hoc autem est falsum. Ergo & primum.

2. Præterea. Illud quod convenit Christo, secundum quod est homo, convenit cuilibet homini, eo quod ipse est unus speciei cum aliis hominibus. Si ergo Christus, secundum quod homo, est prædestinatus esse Filius Dei, sequeretur quod cuilibet homini hoc conveniat. Hoc autem est falsum. Ergo & primum.

3. Præterea. Hoc ab æterno prædestinatur quod est aliquando fiendum in tempore. Sed magis hæc est vera, *Filius Dei factus est homo*, quam ista, *Homo factus est Filius Dei*, ut supra habitum est (quæst. xvi. art. 6. & 7.) Ergo magis hæc est vera, *Christus, secundum quod est Filius Dei, prædestinatus est esse homo*, quam e converso, *Christus, secundum quod est homo, est prædestinatus esse Filius Dei*.

Sed contra est quod Augustinus dicit in Lib. de prædest. Sanct. (cap. xv. circ. med.) *Ipsam Dominum glorie, in quantum homo factus est Filius Dei, prædestinatum esse dicimus*.

Respondeo dicendum, quod in prædestinatione duo possunt considerari. Unum quidem ex parte ipsius prædestinationis æternæ: & secundum hoc importat antecessione quamdam respectu ejus quod sub prædestinatione cadit. Alio modo potest considerari secundum effectum temporalem, qui quidem est aliquod gratuitum Dei donum. Dicendum est ergo, quod secundum utrumque istorum attribuitur prædestinatio Christo ratione solius humanæ naturæ. Nam humana natura non semper fuit Verbo unita; & ei etiam hoc per gratiam est collatum ut Filio Dei in persona uniretur. Et ideo solum ratione humanæ naturæ prædestinatio competit Christo. Unde Augustinus dicit in Libro de prædestin. Sanct. (loc. cit.) *Prædestinata est ista humana natura tantum, & tam excelsa sublimitas, ut quo attolleretur alius non haberet*. Hoc autem dicimus convenire alicui, secundum quod homo, quod ei convenit ratione humanæ naturæ. Et ideo dicendum est, quod *Christus, secundum quod homo, est prædestinatus esse Filius Dei*.

Ad primum ergo dicendum, quod cum dicitur, *Christus, secundum quod homo, est prædestinatus esse Filius Dei*, hæc determinatio, secundum quod homo, potest referri ad actum significatum per participium dupliciter. Uno modo ex parte ejus quod materialiter cadit sub prædestinatione; & hoc modo est falsa: est enim sensus, quod prædestinatum sit ut Christus, secundum quod homo, sit Filius Dei. Et in hoc sensu procedit obiectio. Alio modo potest referri ad ipsam propriam rationem actus, prout scilicet prædestinatio importat in sui ratione antecessione, & effectum gratuitum. Et hoc modo convenit Christo ratione humanæ naturæ, ut dictum est (in corp.) Et secundum hoc dicitur prædestinatus, secundum quod homo.

potest



Ad secundum dicendum, quod aliquid potest convenire alicui homini ratione humanæ naturæ dupliciter. Uno modo sic quod humana natura sit causa illius; sicut esse risibile convenit Socrati ratione humanæ naturæ, ex cuius principis causatur; & hoc modo prædestinari non convenit nec Christo, nec alteri homini ratione humanæ naturæ. Et in hoc sensu procedit obiectio. Alio modo dicitur convenire aliquid alicui ratione humanæ naturæ, cuius humana natura est susceptiva: & sic dicimus, Christum esse prædestinatum ratione humanæ naturæ: quia prædestinatio refertur ad exaltationem humanæ naturæ in ipso, ut dictum est (in corp. ar.)

Ad tertium dicendum, quod, sicut Augustinus dicit in Lib. de prædest. Sanct. (loc. sup. cit.) ipsa esse illa ineffabiliter facta homini a Deo Verbo susceptio singularis, ut Filius Dei, & filius hominis simul, & filius hominis propter susceptum hominem, & Filius Dei propter susceptionem unigenitum Deum veraciter, & proprie diceretur. Et ideo quia illa susceptio sub prædestinatione cadit, tamquam gratuita, utrumque potest dici, scilicet quod & Filius Dei prædestinatus sit esse homo, & filius hominis prædestinatus sit esse Filius Dei. Quia tamen gratia non est facta Filio Dei ut esset homo, sed potius humanæ naturæ ut Filio Dei uniretur; magis proprie potest dici, quod Christus, secundum quod homo, est prædestinatus esse Filius Dei, quam quod Christus, secundum quod Filius Dei, sit prædestinatus esse homo.

## ARTICULUS III. 142

Utrum prædestinatio Christi sit nostræ prædestinationis exemplar.

III. diff. x. quæst. 111. art. 3. & Rom. 1. lect. 3.

**A**D tertium sic proceditur. Videtur quod prædestinatio Christi non sit exemplar nostræ prædestinationis. Exemplar enim præexistit exemplato. Nihil autem præexistit æterno. Cum igitur prædestinatio nostra sit æterna, videtur quod prædestinatio Christi non sit exemplar nostræ prædestinationis.

2. Præterea. Exemplar ducit in cognitionem exemplati. Sed non oportuit quod Deus duceretur in cognitionem nostræ prædestinationis ex aliquo alio, cum dicatur Rom. viii. 29. Quos præcivit, (a) hos prædestinavit. Ergo prædestinatio Christi non est exemplar nostræ prædestinationis.

(a) Vulgata, & prædestinavit.

3. Præterea. Exemplar est conforme exemplato. Sed alterius rationis videtur esse prædestinatio Christi quam prædestinatio nostra: quia nos prædestinamur in filios adoptionis; Christus autem est prædestinatus Filius Dei in virtute, ut dicitur Rom. 1. 4. Ergo ejus prædestinatio non est exemplar nostræ prædestinationis.

Sed contra est quod Augustinus dicit in Libro de prædest. Sanct. (cap. xv.) Est præclarissimum lumen prædestinationis, & gratia ipse Salvator, ipse mediator Dei, & hominum, homo Christus Jesus. Dicitur autem lumen prædestinationis, & gratia, in quantum per ejus prædestinationem, & gratiam manifestatur nostræ prædestinatio; quod videtur ad rationem exemplaris pertinere. Ergo prædestinatio Christi est exemplar nostræ prædestinationis.

Respondeo dicendum, quod prædestinatio dupliciter potest considerari. Uno modo secundum ipsum actum prædestinantis: & sic prædestinatio Christi non potest dici exemplar nostræ prædestinationis: uno enim modo, & eodem actu æterno prædestinavit Deus nos, & Christum. Alio modo potest prædestinatio considerari secundum illud ad quod aliquis prædestinatur; quod est prædestinationis terminus, & effectus: & secundum hoc prædestinatio Christi est exemplar nostræ prædestinationis. Et hoc dupliciter. Primo quidem quantum ad bonum ad quod prædestinamur: ipse enim est prædestinatus ad hoc quod esset Dei Filius naturalis; nos autem prædestinamur ad filiationem adoptionis, que est quedam participata similitudo filiationis naturalis. Unde dicitur Rom. viii. 29. Quos præcivit, hos prædestinavit conformari fieri imaginis filii sui. Alio modo quantum ad modum consequendi istud bonum, quod est per gratiam: quod quidem in Christo est manifestissimum: quia natura humana in Christo nullis suis præcedentibus meritis est unita Filio Dei: & de plenitudine gratiæ ejus nos omnes accepimus, ut dicitur Joan. 1. 16.

Ad primum ergo dicendum, quod illa ratio procedit ex parte illius actus prædestinantis.

Et similiter dicendum ad secundum.

Ad tertium dicendum, quod non est necessarium quod exemplatum exemplari quantum ad omnia conformetur; sed sufficit quod exemplatum aliquantulum imitetur suum exemplar.

## ARTICULUS IV. 143

Utrum prædestinatio Christi sit causa nostræ prædestinationis.

III. diff. x. quæst. 111. art. 3.

**A**D quartum sic proceditur. Videtur quod prædestinatio Christi non sit causa nostræ prædestinationis. Æternum enim non habet causam. Sed prædestinatio nostra est æterna. Ergo prædestinatio Christi non est causa nostræ prædestinationis.

2. Præterea. Illud quod dependet ex simplici Dei voluntate, non habet aliam causam nisi Dei voluntatem. Sed prædestinatio nostra est simplici voluntate Dei dependet: dicitur enim Ephes. 1. 11. Prædestinati secundum propositum ejus quia omnia operatur secundum consilium voluntatis sue. Ergo prædestinatio Christi non est causa nostræ prædestinationis.

3. Præterea. Remota causa, removeretur effectus. Sed remota prædestinatione Christi, non removeretur nostræ prædestinatio: quia etiam si Filius Dei non incarnaretur, erat alius modus possibilis nostræ salutis, ut Augustinus dicit in Lib. XIII. de Trinitate. (cap. x. à princ.) Prædestinatio ergo Christi non est causa nostræ prædestinationis.

Sed contra est quod dicitur Ephes. 1. 5. Prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum.

Respondeo dicendum, quod si consideretur prædestinatio secundum ipsum prædestinationis actum, prædestinatio Christi non est causa nostræ prædestinationis: cum uno & eodem actu Deus prædestinaverit ipsum, & nos. Si autem consideretur prædestinatio secundum terminum prædestinationis, sic prædestinatio Christi est causa nostræ prædestinationis. Sic enim Deus præordinavit nostram salutem, ab æterno prædestinando, ut per Jesum Christum compleretur. Sub prædestinatione enim æterna non solum cadit id quod est sciendum in tempore, sed etiam modus, & ordo, secundum quem est complendum in tempore.

Ad primum ergo, & secundum dicendum, quod rationes illæ procedunt de prædestinatione secundum prædestinantis actum.

Ad tertium dicendum, quod si Christus non fuisset incarnandus, Deus præordinasset homines salvari per aliam causam. Sed quia præordinavit incarnationem Christi, simul cum hoc præordinavit ut esset nostræ salutis causa.

S. Thom. Op. Tom. V.

(a) Ita post Theologos editi omnes mss. & editi veteres est adoranda, quia est communis. Garzia est adoranda eadem adoratione, quid est. Madalena mss. retinendam censet, tantum mutata quia in qua id est quatenus.

## QUÆSTIO XXV.

De adoratione Christi, quæstio 114.

**E**inde considerandum est de his quæ pertinent ad Christum in comparatione ad nos: & primo de adoratione Christi, quæ scilicet nos cum adoramus; secundo de hac quod est mediator noster ad Deum.

Circa primum queruntur sex.

Primo, utrum una & eadem adorationis sit adoranda Divinitas Christi, & ejus humanitas.

Secundo, utrum, eadem Christi sit adoranda adoratio latrig.

Tertio, utrum adoratio latrig sit exhibenda imagini Christi.

Quarto, utrum sit exhibenda cruce Christi.

Quinto, utrum sit exhibenda mari ejus.

Sexto, de adoratione reliquiarum Sanctorum.

## ARTICULUS I.

Utrum una & eadem adoratione sit adoranda Divinitas Christi, & ejus humanitas.

III. diff. x. quæst. 114. art. 1.

III. diff. x. quæst. 114. art. 2. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 3. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 4. quæst. 1.

III. diff. x. quæst. 114. art. 5. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 6. quæst. 1.

III. diff. x. quæst. 114. art. 7. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 8. quæst. 1.

III. diff. x. quæst. 114. art. 9. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 10. quæst. 1.

III. diff. x. quæst. 114. art. 11. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 12. quæst. 1.

III. diff. x. quæst. 114. art. 13. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 14. quæst. 1.

III. diff. x. quæst. 114. art. 15. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 16. quæst. 1.

III. diff. x. quæst. 114. art. 17. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 18. quæst. 1.

III. diff. x. quæst. 114. art. 19. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 20. quæst. 1.

III. diff. x. quæst. 114. art. 21. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 22. quæst. 1.

III. diff. x. quæst. 114. art. 23. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 24. quæst. 1.

III. diff. x. quæst. 114. art. 25. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 26. quæst. 1.

III. diff. x. quæst. 114. art. 27. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 28. quæst. 1.

III. diff. x. quæst. 114. art. 29. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 30. quæst. 1.

III. diff. x. quæst. 114. art. 31. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 32. quæst. 1.

III. diff. x. quæst. 114. art. 33. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 34. quæst. 1.

III. diff. x. quæst. 114. art. 35. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 36. quæst. 1.

III. diff. x. quæst. 114. art. 37. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 38. quæst. 1.

III. diff. x. quæst. 114. art. 39. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 40. quæst. 1.

III. diff. x. quæst. 114. art. 41. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 42. quæst. 1.

III. diff. x. quæst. 114. art. 43. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 44. quæst. 1.

III. diff. x. quæst. 114. art. 45. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 46. quæst. 1.

III. diff. x. quæst. 114. art. 47. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 48. quæst. 1.

III. diff. x. quæst. 114. art. 49. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 50. quæst. 1.

III. diff. x. quæst. 114. art. 51. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 52. quæst. 1.

III. diff. x. quæst. 114. art. 53. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 54. quæst. 1.

III. diff. x. quæst. 114. art. 55. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 56. quæst. 1.

III. diff. x. quæst. 114. art. 57. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 58. quæst. 1.

III. diff. x. quæst. 114. art. 59. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 60. quæst. 1.

III. diff. x. quæst. 114. art. 61. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 62. quæst. 1.

III. diff. x. quæst. 114. art. 63. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 64. quæst. 1.

III. diff. x. quæst. 114. art. 65. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 66. quæst. 1.

III. diff. x. quæst. 114. art. 67. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 68. quæst. 1.

III. diff. x. quæst. 114. art. 69. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 70. quæst. 1.

III. diff. x. quæst. 114. art. 71. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 72. quæst. 1.

III. diff. x. quæst. 114. art. 73. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 74. quæst. 1.

III. diff. x. quæst. 114. art. 75. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 76. quæst. 1.

III. diff. x. quæst. 114. art. 77. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 78. quæst. 1.

III. diff. x. quæst. 114. art. 79. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 80. quæst. 1.

III. diff. x. quæst. 114. art. 81. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 82. quæst. 1.

III. diff. x. quæst. 114. art. 83. quæst. 1. & diff. x. quæst. 114. art. 84. quæst. 1.